



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 5. De variis linguis quibus iam vtuntur Europaei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

& Georgianorum, partem Caspij Maris ad ostia usque Iaich Fl. qui olim Rhymnus dicebatur, à cuius fontibus lineam dirigunt ad vicinorem Fl. Obij ripam, & reliquo Obio vtuntur ad Mare Septentrionale: ita Moschouitæ quidam ut ditionem suam omnem Europæ limitibus coercent.

Secunda est illorum qui Europam magis restringunt, & post partem Euxini Maris ad ostia Borysthenis, vtuntur eodem Borysthenæ vulgo de Nieper ad urbem usque Smolenskum, à quâ lineam trahunt ad fontem Fl. Chesini, tum eodem Fluvio, & duobus Lacibus Lagogâ, & Onega, & hinc productâ lineâ ad vicinorem ripam Sinus Granduici. Ita recentior Geographus, ut Moscouiæ ditionem totam adjudicaret Asia. Sed nihil egit, siquidem pars Regni Polonici ultra Borysthenem porrigitur.

Duae sequentes opiniones hoc habent commune quod post Euxinum Pontum, statuant Europæ limites Bosphorus Cymereum, le Canal de Caffa; Paludem Mæotidem, la Mer de Zebeké; & Tanaïm Fl. vulgo Don, sed cum hoc discrimine, quod

Tertia sententia vtatur tantum parte Tanaïs ad fossam usque Ka- moutz, eadem fossâ, Volgæ Fluuij parte, donec recipiat Volgam Orientalem vulgo Bella-Volga, à cuius capite, aut melius fonte Fluuij Vypæ in eum influentis, lineam promouent ad propinquiorum Obij Fluminis ripam, quem deinceps limitem Europæ præfniunt. Ita omnes Orteliij, & Cluuerij fautores.

Quarta verò eaque communissima totum adhibet Tanaïm, ad eius usque fontes, seu lacum vnde primùm erumpit vulgo Rezan-Koi-Osera, vel vt loquimur, le lac de Rezan; ex quo linea recta ducitur ad urbem S. Michaëlis Archangeli, ubi Duina Fl. in duo brachia scinditur, ut influat in Sinum Grandicum. Et eâ deinceps opinione in his Parallelis vtemur.

§. 5. De variis linguis quibus iam vtuntur Europæ.

DIVERSITAS linguarum ista maximè profluxit ex populis Borealis in Europam Imperio Romano iam labante irrumpentibus, quas tibi præsenti Tabula repræsentamus.

LIN-	LATINA	Italica, Francica, Hispanica.
GVÆ	sive Deus	

Q V A -	GRÆCA	sive	<i>Quā utuntur nunc Greci, in paucis ab Oeōs antiquā discrepans.</i>
T V O R			
P R Æ -	TEV-	Teutonica	<i>Superior.</i>
C I -	VERA		<i>Inferior.</i>
P V Æ	TO-	Saxonica	<i>Saxonica vera.</i>
	NI-		<i>Anglica.</i>
EVRO-	C A ,	Saxonica	<i>Scotica.</i>
P Æ O -	seu		<i>Vera Danica.</i>
R V M	God	Danica	<i>Noruegica.</i>
			<i>Suecica.</i>
ex voce	SLA-	Polonica.	
Dei	VICA	Russica.	
fortitæ	seu	Dalmatica.	
nomen.	Boge.	Bohæmica.	
SEPTEM		ALBANICA, qua utuntur Epirotæ.	
MINVS		TARTARICA, qua Tartari loquuntur & Cozaci.	
PRÆ-		HVN GARICA, que in usu est in Hungariâ, Transyl- uaniâ, Valachiâ, Bulgariâ.	
CIPVÆ.		FINNICA, apud Finnos & Lappones.	
		HIBERNICA, Hibernorum, & Scotorū Sylvestrium.	
		BRITANNICA, Vallensium, & Aremoricorum.	
		LAPVRDENSIS, le Biscain.	

§. 6. De diuisione Europe penes recentiores.

N V M. I. Europa Occidentalis.

REGNVM	V R B E S	LONDRES	<i>Londinum in Anglia.</i>
ANGLIÆ		Edimbourg	<i>Edinburgum in Scotia.</i>
le Royaume		Dublin	<i>Dublinum in Hibernia.</i>
de la grande		FLVVII	<i>La Tamise: Tamefis.</i>
Bretagne.			<i>Sauern: Sabrina.</i>
			<i>Vmbro: Humber olim: Abus.</i>
REGNVM	V R B E S	MADRIT	<i>Madritum.</i>
		Tolede	<i>Toletum. Seuille: Hispania.</i>
		Lisbonne	<i>Olisippo, seu Vlysspone.</i>